


Nordgouia iuxta Germaniam etymologiam significat Septentrionalem plagam aut terram. Nordt enim Germanis Aquilonem, Geu siue Gavv terram & agrum significat. Sunt tamen qui Nordgavviorum vocabulum malint à Narito deducere: nam tractum Nordgavviorum ultra Danubium, Boream versus in Bohemicam, hoc est, Hercyniam sylvam excurrentem in veteri Germania Narisci tenuerunt. Et quibusdam etiam placet (quamvis minus consideratè) Narca pro Nordgavv scribere. Hæc regio hodie etiam Palatinatus superior (ad differentiam eius qui ad Rhenum est Palatinatus) appellatur. Est quoque Boiariæ portio trans Danubianæ, cuius princeps est à Boiariorum ducum familia, vulgò Pfalz Graue id est, Palatii Imperialis præfectus dicitur. Includit hæc regio Nordgavvialis vnum ex quatuor comitatibus provincialibus, vulgò Landtgraviatum vocant, qui olim ab Imperatoribus fuerunt instituti, nempe Leuchtenburgensem. accepitque denominationem istam ab archiduce *Styrenberg*, cuius situm in hac tabula haud procul à Nabis flu. ripa conspici licet. Complectitur & Noricum Burgraviatum. verum hi ad palatinatum non referendi sunt. Norica tamen vrbs cū in hoc tractu, tum totius Germaniæ, amplissima ac nobilissima, ad Pegnitium amnem sita, qui urbem interluit, multis pontibus lapideis, duas vrbs partes coniungentibus. Eius ager sterilis & arenosus (vt supra in Franconia quoque meminimus) ideoque indultio gaudens populo, omnes enim plebei homines sunt, opifices ingeniosissimi, aut plerunque negotiatores prudentissimi repertores & magistri subtilium operum, quæ hominibus non parum conducunt. vrbs est munitissima, altis scilicet montibus, antemurali ingenti fossa, infinitis turribus & propugnaculis. numerantur in ea 528. plateæ & vici, 116 putei aquarum, duodecim fontes ex truncis aquam euomentes, sex magnæ portæ, vndecim pontes lapidei, tredecim communia balnea, cingiturque ciuitas duplici muro, in quibus sunt 183. turres præter fortalitia & propugnacula. Ingens tamen ac commiseratione dignum perpeffa est damnum anno Christi 1597. mensis Ian inundatione exigui alius fluuioli Pegnizij molas ædificia, aliasque sumptuosissimas st. ucturas tecum rapientis, quæ (vt ab eius rei peritis supputatum est) quater centenis millibus aureorum Rhen. restaurari ac restitui vix possint. Hercynia sylua occupauit olim fundum vrbs Noribergensis, sed temporum successu pro magna parte excisa est, circum urbem tamen nullo non tempore eius virent reliquæ. Reliquæ in hoc tractu sitæ vrbes & oppida sunt Ambergum, Auwrbach / Sulzbach, Castell monasterium vbi principes Nordgoiæ olim suam habuere curiam, Kemnat, t. gra, Neustadium, Ruuenkoluium, Peierrutum, Krusenium, Greuonverdum, Eschenbach, V Veidena, Pernauium, Pleissenium, Hersprugum, Rurbach, Eichstadium, à succiso ibi querceto sic dictum. Ingolstadium celebri academia nobile, Neumarct, Turlenrutum, Elbogium Chamum, Naburgum, Kalmuntium, ac alia multa quæ pleraque Palatinatui accensentur. Regionis huius aer vtrumque gratus salutarisque est: terra autem satis dura & aspera, licet quibusdam locis satis proferat frumenti, abundeque pascua pro pecorum saginatione. Iuxta Kelheimium Danubij ripa vitifera est, vinum tamen ignobile & austerum, vt vulgò dici soleat acetum in illis montibus nasci. Regionem perlabunt Egra, Nabus, Vilfus, Regus, Pegnitius, *Schwarzbach*, *Sulza*, Altimulus, Laberus, & alia fluuij: ac præter hos nonnulli alij riuuli De Rediantia seu Regnitio Regiæ amne referunt historiæ commoranti Carolo Magno apud Ratisbonam persuasum fuisse, tore vt ex Rheno in Danubium nauigari possit, si intra Rediantiam



PALATINA
TVS
BAVARIAE
1596

Colonia Thorum
et officina Iannii
Basilienensis

Colonia Thorum
et officina Iannii
Basilienensis

Colonia Thorum
et officina Iannii
Basilienensis

& Altimulam fluuios fossa duceretur quæ nauigiorum capax esset: quod horum flui-
 uiorum alter Danubio alter Rheno misceretur. confestim Rex ad locum opportu-
 num accelerat, ac magna hominum multitudine congregata. totum Autumni tem-
 pus in hac consumpsit. ducta est itaque fossa inter prædictos fluuios duum millium
 passuum longitudine, trecentorum pedum latitudine: Sed res successu caruit. nam
 propter iuges pluuias & terram natura palustrem opus stare non potuit: quantum e-
 nim interdum egestum fuerat, tantum noctu humo relabente subsidebat. Apud Vveif-
 seburgense oppidum extant etiamnum vestigia vani laboris. Huius oræ Nariscorum
 Pinifer mons est inter Bambergensem & Noricam vrbes ad Ortum situs: ex eo qua-
 tuor insignes profluunt amnes, Mœnus, Nabus Sala, & Egra. ij in crucis modum di-
 uaricati, quatuor Mundi cardines petunt, complectitur autem mons iste in circuitu
 suo circiter sex miliaria. & extrudit varias metalli. species: gignit & optimum carule-
 um colorem, quem vulgo lazurum vocant. inuenitur quoque in summitate mon-
 tis stagnum seu lacus, & multæ foveæ ex quibus olim metalla fuerunt eruta: tota enim
 illa terra minæris turget, potissimum autem ferro, vnde Nordgoienses annuatim in-
 gentem quantam faciunt. Nec illud hoc loco prætereundum censeo, omnes ferè Na-
 riscorum fluuios fabricis ferri & reliquorum metallorum onustos & impeditos esse:
 utpote quorum fluentia agunt & impellunt tam folles ingentes, quàm immensos mal-
 leos fabricis ferrum tantum suppositis incudibus admouentibus, Nariscorum præerea
 amnes margaritas etiam prode: e fama est. Syluis etiam hæc ora vndique conspersa
 est, maximè qua Bohemiæ vicina est, eæque Hercyniæ portiones sunt. A Septen-
 trione Voilandiam vicinam habet ab Ortum Bohemiam à Meridie
 Danubio flu à reliqua Bawaria separatur, ab Occasu
 Hanc campo, Sueuiæ parte, ac Fran-
 coniz parte terminatur.

